

nobis ignota non est, & quam quotidie augere,
& magis magisque ornare satagit. Quem, ut Le-
ctor Benevolus eo plenius cognoscere queat, age,
referam paucis, sed veris verbis, quid de ejus or-
tu, vita, informatione, studiis & actionibus co-
gnosci mieretur. Natus enim irum is est Memelæ
in Borussia A. C. M DCLXXXIII. die i. Januarii,
Patre, *Dabide Wilckio*, Senatore in urbe Memel-
ensi & Camerario, Matre *Catharina Murraya*,
quæ ratione lineaæ maternæ Theologis celeber-
rimis in Acad. Regiomont. videl. *Joh. Behmio*,
& *Cœlestino Mislenæ*, vinculo affinitatis conjun-
cta fuit. Utique hi Parentes per Dei gratiam
adhuc superstites sunt. Cum paulatim adole-
visset, filium hunc primo informationi privati
præceptoris, Domini *Joh. Georgii Titii*, jam Pa-
storis Primarii Lappinensis, & Affinis nostratis
Charissimi, tradiderunt, cui ea pleraque, quæ in
lingua latina didicit, se debere grata mente fate-
tur. Postea cum hic officio sacerdotali admo-
veretur A. 1699. Parentes filium suum Regio-
montum miserunt, ut Scholam Palæopolita-
nam frequentaret, in qua per annum substitit, ac
a Præceptoribus, *M. Daniele Martini*, Rectore
et doct. *Joh. Jacobo Grotius*,
jam